

Sermo

immo nec ipsa christi passio. cum tamen dicat psalmista. Emitte verbum tuum et liquefaciet ea. Audi ergo anima indurata quid loquatur in te dominus deus. quia sermo quem loquitur spiritus et vita est. nonne ipse verba vite habet. ad quem ergo tibi anima indurata aut ad vivificationem aut ad punitionem. Desine ergo ab ira tua id est a duricia tua et relinque furorem tuum id est rancorem tuum et noli indurari ut maligneris. quoniam qui malignaverit exterminabuntur. sustinetes autem dominum ipsi hereditabunt terram. **S**exto est etiam verbum dei vivificationis mortuorum. et vere moritur anima cum per peccatum a deo sepeque est vitia ipsius. quid modo faciet misera anima psalmista. Adhesit pavimento animae mea. non habet aliud facere nisi dicere domino. Vivifica me secundum verbum tuum gratiam tuam mihi conferendo. ut cum in monumento fuero et vocem tuam audiero non moriar sed vivam. et proceadam tunc cum his qui bona egerunt in resurrectionem vite. ut illi beate vite restitutus enarrare possim mirabilia tua etc.

Dominica. ij. in. xl. Sermo. xlvij.

Nec est voluntas dei sanctificatio vestra. i. Thebessa. **I**ij. Dum divine vocis potentiam et virtutes attendo stuporem mentis incurro. Nam sic in omnibus potens existit quod nihil omnino est quod non possit. potentes enim quando vult abijcit. humiles in sublime tollit pauperes divites facit. et divites ad mendicitatem ducit nec est in celo sursum nec in terra deorsum qui ei aliquo resistere possit psalmista. Omnia quaecumque voluit dominus fecit in celo et in terra. in mari et in omnibus abyssis Augustinus. Non enim quedam voluit et non fecit. sed omnia quaecumque voluit fecit. In verbo ergo promisso describit apostolus primo divinam voluntatem in se absolute. secundum vero in comparatione. primum notatur cum dicitur. hec est voluntas dei. secundum vero cum additur sanctificatio vestra. **N**ota quod voluntas divina describitur in scriptura

ut stabilis et firma. ut dulcis et pia ut mundata et pura. ut admirabilis et perfecta. ut firma ratione constantie. ut pia siue passiva ratione misericordie. ut pura siue mundata contra corruptioem malicie. et ut perfecta ratione potentie dico quod voluntas dei describitur nobis ut stabilis et firma ratione constantie. nam quod deus semel voluit nunquam vel le desinit. unde dicitur. puer. xix. Multe cogitationes in corde viri. voluntas autem dei manet in eternum. nam sicut dicitur. Ihu. xxiii. Non est deus ut homo ut mentis. neque ut filius hominis ut mutet. dixit enim et non faciet. **V**oluntas admiranda. o voluntas omnibus predicanda. nam erigunt se homines. commovent et demones. et ut huic voluntati resistant ad mala provocant bella constitunt corda ad malum sollicitat. mortes et queque mala percurant. et cum sic stabilis est divina potentia vel voluntas ut omnes adversarios et astucias eorum a se recedere compellat ut omne quod vult fieri illud fiat. **N**atur ergo peccatores pessimi. laborabunt superbi et impii divine resistere voluntati. quia illa sola stabit. et ideo omnis voluntas eius fiet. **S**ecundo voluntas dei describitur nobis ut pia et compassiva ratione clementie vide clementiam divine voluntatis que tota die offendit et vicis et immundicijs leditur. et contumelias irritat. et impijs operibus provocat. ore blasphemias. cogitationibus lacerat. et impia iudicat. que tamen omnes in abyssum demergere vel alia pena quacunque punire. vult tamen potius ex pietate expectare peccata omnia indulgere. dum velit homo solummodo penitere. unde non cessat quotidie pro se et per alios ad penitentiam invitare. unde ipse dicitur. Eze. xviii. Nunquid voluntatis mee est mors impij die dominus. et non potius ut convertat a via sua et vivat. **N**olo inquit mortem peccatoris etc. **E**x hac voluntate tam pia non statim procedit dominus ad vindictam. sed patienter expectat ad penitentiam. **P**er ij. **N**on tardat dominus promissis si cut quidam estumant sed patienter agit propter